



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola LXXXIII. Ioannis Papae VIII. Ad Angelbergam Avgvstam. Vt in Romanae ecclesiae fide perseueret: praesentium latorem commendat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

*Vt cau- nullumque tempus præpediat, donec nobis vestrum ad-
 sam com- uentum in præsentia præbeat; * id est Lamberti perfidi
 munis hofis Spoletani ducis VVidonis filii, eiusque complicitis Adel-
 vna me- berti marchionis, vel vt melius, patriæ proditoris, qui clan-
 eum iudi- destina fraude pacifice venire se simulans, in dolo ad por-
 cetis. tam Urbis custodes deputans, sacramque ciuitatem tyran-
 Hac vel aliâ huius- nus inuasit, nosque cum fidelibus nostris intra ecclesiam
 modi ver- beati Petri apostolorum principis inaudito atque horren-
 ba hic de- de coarctare inter cetera mala *. Data vt supra.
 esse viden- tur.
 De Lam- berto & Adelber- to Ai- mo in. l. 5. c. 37.
 * Videtur hic deesse conatus est.

EPISTOLA LXXXIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANGELBERGAM AVGVSTAM.

Vt in Romanæ ecclesiæ fide perseveret : præsentium latorem commendat.

Dilectissimæ filiæ Angelbergæ imperatrici Augustæ.

REMINISCENTES omnium bonorum vestrorum, quotidie Deo nostro gratiarum actiones referimus, qui vestrum animum tanta sollicitudine circa deuotionem ab exordio sanctæ Romanæ ecclesiæ spiritali flammæ adustione perussit. Sed nunc filia mea carissima, & in Christo deuota, quæso vires sollicita ingenii acutissimi, & in hoc inopportuno tempore solita bonitate concurre: quatenus cœptum bonum vsque ad consummationem operis perductum æterni retributoris præmia recipere valeatis. Latorem quoque præsentium Petrum cardinis nostri presbyterum, quæso in omnibus habeas commendatum, vestroque consilio prudentissimo iter illius solita pietate disponite: quatenus Deo duce ad nos possit redire incolumis. Data vt supra.